

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. III. Omnis Vir jure Divino est capax Sacramenti Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

**vidualem.** Sin vero paulo ante virum amisit, nec ei  
creatur, sed potius adolescentia tempore disiudicetur;  
aliquando enim passiones cum hominibus consenserunt,  
nisi fortiori franco cohabeantur.

Item eodem lib. c. 7. sub finem ait: **Viduas**  
igitur oportet esse honestas, graves, obedientes Episcopis,  
Presbyteris, Diaconis, adhuc etiam Diaconiiss. Ubi plane distinguit viduas à Diaconiiss. neque enim sibi ipsi obedientes esse poterant.

Atque de his viduis loquitur Apostolus  
1. Tim. 5. v. 9. **Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri uxor.** Et Clemens lib. 3. Const. cap. 4. **Vidua vero constitutio-**  
**nem minoris aetatis, quam annorum sexaginta.** Et  
rationem adjungit: **Ut quodammodo propter atra-**  
**tem ipsam pro rato & stabili habeamus, carere eas**  
**suspicio nubendi iterum.** Si vero adolescentem  
decederat rationem, Deo reddet, non quidem quia  
iterum napsit, sed quia promissionem suam non ser-  
vit, que quasi habebas quasdam Christo disrupta, quia  
non venit cum fide & metu Dei ad servandam pro-  
missionem. Quocirca oportet non temere, neque in-  
consideratè promissionem (continentia) facere, sed  
caute; melius est enim ei non fecisse votum, quam se-  
cise & non redere.

Hinc Apostolus supra v. 11. & 12. **Adosen-**  
**tiores autem viduas devitas.** Cum enim luxuriant  
fuerint in Christo, nubere volunt; habentes dannationem, quia primam fidem (puta votum conti-  
nentia) irritam fecerunt.

Porto ex duplice motivo siebat electio illa-  
rum viduatum. Primum ad hoc, ut in rebus  
temporalibus ministrarent & inferirent: de  
quo ministerio legitur Act. 6. v. 1. In diebus  
autem illis, crescente numero discipolorum, factum est  
murmur Gracorum adversus Hebreos, eo quod depi-  
cerentur in ministerio quotidiano vidua eorum. Se-  
cundum è converso, ut iis per pietatem Eccle-  
sie subveniretur de preventibus & eleemosy-  
nis communibus. Unde dicit Apostolus supra  
v. 16. **Si quis fidelis habet viduas, subministret illis,**  
& non gravet Ecclesia, ut iis, quae verò viduas sunt  
(id est, penitus desolate) sufficiere posse.

Quæ cùm ita sint, liquido confit, argu-  
menta Hereticorum, supra ex Apostolo de-  
sumpta, nullius esse momenti; ac proinde pro-  
pter ea, & alia similia, nullatenus esse receden-  
dum à sententia communis Catholicorum, qua-  
negat mulieribus capacitem, non solum li-  
cite & honestè, sed etiam validè, suscipiendo  
aliquem Ordinem propriè dictum; immo nec  
Tonsuram, eti si non sit Ordo propriè dictus.  
Solum itaque vir est capax.

Sed nunquid omnis vir? Hec est secunda  
questio, pro qua institutor

### CONCLUSIO III.

Omnis Vir jure divino est capax  
Sacramenti Ordinis.

**I**ntriglio Conclusionem etiam de Hermaphrodito, id est, habente utriusque lexum, si tamen virilis sexus in eo prævaleat; tunc enim simpliciter est, & denominatur vir, quāmvis alioquin propter irregularitatem, aut certe propter nimiam indecentiam, absque dispensatione illicite ordinaretur. Sio autem prævalens sexus feminus, cum tunc non vir, sed simpliciter sit & denominetur feminina, etiam invalidè ordinaretur iuxta Conclusionem præcedentem.

Quid ergo, inquis, si sexus sit æqualis, id est, si possit utoque uti? Respondeo; sequitur conditionem infirmioris sexus, est etiam magis inclinatur ad usum sexus virilis. Ratio;

qua simpliciter non est vir.

Quæris rursum; quid si prævalenter sexus virilis, quando fuit ordinatus, & postea mutatur? Respondeo; non amittet characterem; quem semel suscepit; quia indelebilis est, ut patet ex dictis proprio loco.

Quod principaliter hic queritur est, an in-  
fans ante usum rationis (& eadem est ratio An infans  
de perpetuo amente) validè ordinetur, etiam valide ordi-  
natur. abscque consensu parentum, aut eorum, qui loco  
parentum, eis curam getunt?

Affirmat Doctor Subt. 4. dist. 25. q. 2. n. 3. Affirmat  
ibi: **De tercio modo non posse** (scilicet validè) **Scotus.**  
dico; quod istud non inventur in pueri, & hoc re-  
spectu cuiuscunq; Ordinis, etiam sacri, quia poten-  
tias exequendi aliquem actum, vel gradus, quo quis  
potest illam actum exercere, potest duratione procedere  
actum illum, vel potentiam propinquam ad actum il-  
lum: **Ordo non est nisi gradus disponens ad ministran-**  
**dum in determinato gradu Ecclesiastico;** ergo ille pa-  
test competere, antequam solutiis impedimentis sit in  
potentia propinquia ad exercendum illum actum: Nec  
ibi requiritur consensus ad impressionem characteris;  
sicut nec in minoribus Ordinibus. Ita Scotus & alii  
Doctores communiter.

Excipio Durandum 4. dist. 25. qu. 2. nu. 8. ubi generaliter docet, solos adultos, id est, ra- Negat Dura-  
tionis compotes, exclusis infantibus, posse va-  
lidè ordinari; Petrum Soto de Instit. Sacerd. lect. 5. de Ord. qui dubitat de majoribus Or- Ferrus Soto  
dubit de  
majoribus &  
Palud au-  
tem requiri  
consensum  
parentum.

Ita & illud falsum esse non dubitamus; cum  
neque ex Scriptura, neque ex Conc. & SS. Pa- Rejicitur  
Palud.  
tribus,

33.  
De calibus  
viduis lo-  
gatu  
Apoll.  
1. Timor. 5.  
& Clem.  
Rom. 1. 3.  
Const. c. 1.

34.  
Ex dupli-  
culo fe-  
bat electio  
illarum.

tribus, neque ex ratione evidenter probetur illa necessitas: quæ tamen sine tali probatione non est assurda contra torrentem Doctorum; ex quo optimè colligitur voluntas Christi, quæ est ratio à priori, quare hoc vel illud sit necessarium ad valorem alicujus Sacramenti.

Et sane estò jure divino voluntas parvulorum foret commissa voluntati parentum aut Curatorum, quantum ad Baptismum, utpote Sacramentum necessarium ad salutem, quæ falso videtur commissa voluntati parentum & Curatorum; non tamen propterea deberet videri etiam commissa, quod attinet ad Ordines, qui non sunt ullaenam necessaria ad salutem recipientium; ac proinde pro voluntate parvulorum, non sufficeret voluntas parentum aut Curatorum ad veram Ordinationem.

Itaque quod neque voluntas parvuli, neque voluntas parentum aut Curatorum, sit necessaria necessitate Sacramenti; probatur imprimis exemplo aliorum Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, & Eucharistie, quæ validè, immo fructuosè recipiuntur à parvulo absque consensu proprio, cuius incapaces sunt, aut parentum vel Curatorum; quin positivè invitis parentibus aut Curatoribus, accidente solo consensu Ecclesie in suo ministro, applicante materiam & formam Sacramenti, cum debita intentione. Ita communiter Doctores. Cur ergo non poterit similiter, non solum validè, sed etiam fructuosè recipere Sacramentum Ordinis?

Quod enim non possit recipere validè Extremam Unctionem, disparitas in promptu est; quia qui non peccavit actualiter, non potest recipere remissionem peccati actualis, que tamen remissio significatur per formam, ut pater ex dictis Disputatione præcedenti Sec. 2. Concl. 3. & Sect. 3. Concl. 5. ubi longè & latè hanc rem discussimus.

Igitur quod parvulus non possit recipere validè Extremam Unctionem, non est præcisè defectu consensus, sed defectu formæ. Similiter, quod non possit recipere Sacramentum Pénitentie; nam & ejus forma significat remissionem peccati actualis; ut omittam, quasi materiam esse actus pénitentis, putat Contritionem, Confessionem & Satisfactionem, qui actus repugnat statui infantis. De Sacramento matrimonii non est quod disputeremus; quia ipsi contrahentes sunt ministri, in quibus proinde requiritur intentio faciendo, quod facit Ecclesia, cuius intentionis parvuli sunt incapaces.

Porrò impræsentiarum parvulus solum est sufficiens, neque est repugnancia aliqua ex parte materiae aut formæ: quia ut contactus physicus instrumentorum foret necessarius, hujus capax est parvulus, & verè dici potest ei: *Accipe potestatem &c. quia, ut ait Doctor Seraphicus 4. dist. 25. a. 2. q. 2. ad 2. Illa oblatio significat magis imperium & potestatem dantis, quam*

*executionem suscipientis. Vnde illius non tantum offere, sed conferre. Ac si dicat: verbum illud non denotat acceptationem recipientis, que est executio ex parte illius, cui aliud ostendit; neque tantum oblationem ex parte ministerii, qua postulat acceptationem ex parte episcopi, cui fit oblatio, sed veram traditionem ex vi posse tis offertis.*

Denotat igitur hoc verbum certum effectum eius, quod traditur seu certam vim & iustitiam efficaciam conferendi postularem & gratiam proportionatam. Sicut Luc. 17. v. 6. dicitur: *Si habueritis fidem sicut granum fini, et ceteris huic arbori modo: eradicare & transplanteri mare. Quo verbo denotatur certa virtus fidis ad eum effectum. Nam sequitur: Et abeat nubes. Satis ergo est, quod recipiens Ordines ait usum rationis, se habeat ut passum.*

Et verò simili modo in ceremoniis, quæ præcedunt Baptismum, Sacerdos cum parvo catechumeno sibi loquitur per idem verba imperativi modi; non quod supponat idem aliquid intelligere, sed ut denotat effectum verbis, ibi: *Accipe signum crucis Domini nostri Christi &c. Et iterum: Accipe sal sapientiam. Ac rursum ad aurem catechumeni, zepha: quod est adaperire.*

Quin immo de facto potest parvulus confidari validè hac formâ Graecorum: *Signacionis spiritus sancti, supplex, donatur ibi. Aqua etiam potuisset à Christo instituti bimis fonte Baptismi; v. g. Accipe charakterem Christiani, qui tamē auctiue potuisset ministeriantibus: nam sensus est: Confeso tibi crucis Christi filii homini.*

Nonne infans possit creari Rex hinc verbi? *Accipe potestatem regendi &c.?* Non est dubium, quia solum significare collationem potest. Ergo similiter impræsentiarum potest sibi creari Sacerdos per illa verba: *Accipe potestam &c. quia sensus est: Confeso tibi crucis Christi filii homini.*

Unde scuti non est absurdum, quod infans ante usum rationis sit Rex, ut pater in Canto II. Rege Hispaniarum, qui dum haec scripsit anno 1665, ingressus est annum quintum atatis; ita etiam non est absurdum, quod infans ante usum rationis sit verus Sacerdos, imo verus Episcopus, scilicet quo ad potestem Ordinis: quāvis absurdus fuit, quod infans, Sacerdos aut Episcopus, conseruaret ut ordinaret; quia ad hos actus exercendos requiriunt intentio faciendo, quod facit Ecclesia, cuius intentionis infans ante usum rationis non minus, quam potestatis Regis.

Unde scuti non est absurdum, quod infans ante usum rationis sit Rex, ut pater in Canto II. Rege Hispaniarum, qui dum haec scripsit anno 1665, ingressus est annum quintum atatis; ita etiam non est absurdum, quod infans ante usum rationis sit verus Sacerdos, imo verus Episcopus, scilicet quo ad potestem Ordinis: quāvis absurdus fuit, quod infans, Sacerdos aut Episcopus, conseruaret ut ordinaret; quia ad hos actus exercendos requiriunt intentio faciendo, quod facit Ecclesia, cuius intentionis infans ante usum rationis non minus, quam potestatis Regis.

Quod probé intelligens Innocentius III.

38.  
Sententia  
Scoti pro-  
barare exem-  
pli aliorum  
Sacra-  
mentorum.

39.  
Disparitas  
inter Extr.  
Unctionem  
& Ordines.

Item inter  
Ordines &  
Sacra-  
menta.  
Ponit. ac  
Matrimo-  
niis.

D. Bonav.

Infantem  
vnde posse  
ordinari  
probatur ex  
e & de  
Clerico per  
latum pro-  
moto

cap. unico de Clerico per saltum promoto, non mandat collationem Ordinum inferiorum, de quorum receptione infra annos discretionis fatis constabat, sed tantum collationem Diaconatus, de cuius receptione dubitabatur. Subscrivo verba textus: Tua littera continebat, quod

(sicut ex relatione querundam receperas) Pieskyter, Diaconatus Ordine praeformato, se fecit ad Sacerdotium Ordinem promoveri. Ipse tibi quoque secreter confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed ex quo boni vni hoc afferebant, inter quos fuerat conversatus, credebat assertiom eorum, eo quod tempore, quo Ordines inferiores suscepserat, infra annos discretionis fuerat constitutus: Et infra:

Mandamus quatenus condignam penitentiam pro huic modi negligenti inimicis eidem: qua peracta (qua non intelligitur iteratum, quod factum esse necessitatur) ipsum in Diaconum ordinare procure: & sic de misericordia eundem ministriate permittas in ordine Sacerdotio.

43. Ubi Gloss. verb. Discretionis, docet communem sententiam, dicens: Infra annos discretionis bene recipi quis sacerdos Ordines, licet conferri non debeant; & qui ordinaverit puniri debet, & ordinato interdicenda est executo usque ad etatem leguminam. Unde miror. Aliquos hoc jus velle explicare de minoribus tantum Ordinibus, cum per ly Ordines inferiores, scilicet Diaconatu, ut patet ex litera, etiam Subdiaconatus commodissime possit intelligi, prout à Glossa jam citata intellegitur.

Et sane si infans possit suscipere minores Ordines, cur non etiam maiores? Nam ratio Sacramenti eadem est, id est, etiam minores Ordines, secundum communem sententiam, sunt vera Sacraenta, & simili formâ verborum: *Accipe &c. conferuntur*, ac aliunde infans tam impotens est exercere actus minorum Ordinum, quam majorum, cum tempore autem fieri potens exercere tam actus majorum Ordinum, quam minorum. Si ergo illa potentia remota sufficit ad capacitatem minorum Ordinum, cur non etiam ad capacitatem majorum?

Ad illud quod obiicitur de usu (inquit Doctor Seraphicus supra ad 3.) dicendum, quod nisi non habeat statim usum, quia tamen speratur aliquando habere, non frustra datur Sacramentum, sicut etiam datur Sacerdotium ei, qui longe post differt celebrare.

Et si objicias contra velorem etiam minorum Ordinum: Si quis offerret potestatem resuanti, non esset ibi potestatis suscepito, quoniam sicut se nabet collatio ad voluntatem dantis, ita suscepito ad voluntatem suscipiens; ergo si dans non det, nisi velit & intendat, suscipiens non suscipit, nisi velit & intendat.

Respondebit ibidem D. Bonaventura ad 4. Quod hic est sophisma consequentis; recusans non recipit: ergo oportet, quod recipiens consentiat; quia

medium est inter recusantem omnino, & consentientem; scilicet nec positivè recusans, nec positivè consentiens, quod maximè locum habet in parvulis, qui sunt incapaces consensus & disensus.

Interim hic Auctor cædem qu. in corp, ita scribit: Ad Episcopatum namque quoniam ibi contrahitur matrimonium spirituale, necessario requiritur consensus, si è quo non fit matrimonium nec spirituale, nec corporale, ut infra videbitur: ac per hoc necessario requiritur usus rationis & discretionis de necessitate Sacramenti, licet multa alia requirantur de necessitate scilicet præcepti. Ad Ordines vero sacros requiritur rationis usus de necessitate præcepti, pro eo, quod ad illos Ordines non debent admitti, nisi qui possunt ad continentiam obligari: & ideo qui ordinant scienter eos, qui non possunt obligari, quia ratione carent, faciunt contra statutum & præceptum Ecclesiæ: & ideo si tales ordinantur exterioris, characterem recipiunt de facto, quia non contradicunt, quāvis non consentiant. Hæc ille.

Ego autem dico; eandem esse rationem Episcopatū, in quantum est Ordo propriè dictus, quæ Sacerdotii & aliorum Ordinum, ut communis docent Auctores, quam etiam sententiam insinuat Glossa suprà eodem verbo, in mediæ subjungens: Licet secus sit in matrimonio carnali (scilicet quod non valitat) nisi malitia supplet etatem, suprà de Desponsis in p. b. De illis, & cap. ult. si non est semper similitudo inter carnale matrimonium & spirituale.

Admitto itaque in electione, confirmatione, & consecratione Episcopi ad aliquam Ecclesiæ, matrimonium spirituale cum ea initi, & consummari, ut clarissimis verbis post alios Pontifices docet Innocentius 3. cap. Inter corporalia, de Transl. Episc. dicens. Cum ergo fortius sit cap. 2. de spirituale vinculum, quam carnale, dubitatis non debet, quoniam omnipotens Deus spirituale coniugum, quod est inter Episcopum & Ecclesiæ, suo tantum iudicio reservaverat dissolvendum, qui dissolutorum etiam carnalis coniugum, quod est inter virum & feminam, suo tantum iudicio reservavit, præcipiens, ut quos Deus coniunxit, homo non separaret.

Quāvis, inquam, hoc ita sit, equidem dico cum Glossa, non semper esse similitudinem inter matrimonium carnale & spirituale; nam matrimonium carnale consummatum, ob nullam causam solvit quoad vinculum ab hominibus, etiam summis Pontificibus; cum tamen matrimonium spirituale ex multis causis dissolvatur, ut patet quotidiana experientia.

Proinde responderi posset ad rationem D. Bonaventura; licet matrimonium carnale non possit validè contrahiri ab infante ante usum rationis, defectu consensus infantis, qui est partialis essentia istius contractus, posse tamen validè contrahiri matrimonium spirituale, si hoc nihil aliud sit, quam electio confirmatio, & consecratio Episcopi.

Quod autem illius electionis, confirmationis & consecrationis, totalis vel partialis essentia

I i i 2 sit

45.  
Sementia  
D. Bonav.  
ad Episco-  
patum re-  
quisitum  
qui con-  
sentiente  
necessitate  
Sacramenti.

46.  
Communi-  
tior lenien-  
tia docet  
oppositum.

47.  
Reip ad  
rationem  
D. Bonav.

sit consensus ejus, qui eligitur, confirmatur & consecratur, unde constat?

Et præterea, ut suprà diximus, maxima quoad hoc est disparitas inter Matrimonium & Ordinem; quod videlicet contrahentes Matrimonium, ipsi sunt ministri Sacramenti, ac proinde ad minus debeant habere intentionem virtutalem faciendo, quod facit Ecclesia, cuius intentionem infans est incapax. At verò infans, qui eligeretur, confirmaretur & consecraretur Episcopus, solum sacerdotem Sacramentum, & nullatenus administraretur.

48.  
Objec<sup>tio</sup>.

Si dixeris; Matrimonium spirituale non est nuda electio, confirmatio & consecratio; sed insuper obligatio regendi Ecclesiam, ad quam Episcopus consecratur, quæ obligatio essentialiter requirit consensum Episcopi.

Dilectus.

Respondeo; requirit omnino, & ideo infans, qui consecraretur Episcopus, non contraheret illam obligationem, sicut nec infans, qui ordinaretur Sacerdos, contraheret obligationem continentia, ut infra suo loco dicetur, nisi accedente usu rationis, ratificaret suam Ordinationem. Et proinde si nihil aliud velit Doctor Seraphicus, quām infans non contrahere illam obligationem, sine qua non videtur Episcopatus esse Matrimonium spirituale, libenter ei subscribimus.

49.  
Obligatio  
regendi Ec-  
clesiam non  
est essentia-  
lis confe-  
rationis  
Episcopali.  
*Clem. Rom.*

Interim contendimus, illam obligationem non esse essentiale consecrationi Episcopali, ita ut aliquis posset consecrari Episcopus validè, quāvis illicet, absque ulla Ecclesia, & per consequens absque illa obligatione.

Quod videtur probari ex Clement. lib. 7<sup>th</sup>  
Conf. cap. 41, alia 46. ubi ait: *Lumen Clau-  
die filium Ecclesie Romanorum Episcopum primum a  
Paulo ordinatum, post mortem vero Linii, Clementem,  
quem ego Petrus secundum ordinavi.* Ergo vivente  
auctore Petro, Linus & Clemens erant ordinati  
Episcopi non propriè ad Ecclesiam Romanam,  
quia Petrus erat Episcopus illius Ecclesie, &  
ejusdem Ecclesie non possunt esse duo Epis-  
copi, neque ad aliam Ecclesiam; quia ejus  
non sit mentio; igitur absque ulla Ecclesia ad  
hunc tantum finem, ut Petro Roma coadju-  
tores essent.

50.  
Occurrunt  
objectiones.

Nec obstat can. 6. Conc. Chalcedonensis  
ubi Ordinatio facta sine titulo, non solum pro-  
hibetur, sed etiam dicitur vacua & invalida;  
quia non solum loquitur de Ordinatione Epis-  
copi, sed etiam Presbyteri, ut Diaconi, immo-  
cujuscumque in aliquo gradu Ecclesiastico  
constituti; hæc quippe sunt verba textus: *Ne-  
minem abolute (id est, sine titulo) ordinari iu-  
bemus Presbyterum, neque Diaconum, nec quemlibet  
in Ecclesiastica Ordinatione constitutum, nisi mani-  
festè in Ecclesia sua civitatis, sive possessionis, aut in  
Martyrio, aut in Monasterio, hic quis ordinatur, me-  
reatur Ordinationis publica vocabulum. Eos autem  
qui absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus  
vacuum habere manus impositionem, & nullum*

uale factum valere, ad iniuriam ipsius, qui tu iniuri-  
navit.

Et tamen constat apud omnes, Ordinatio  
nem Presbyteri aut Diaconi sine titulo, ini-  
tia prima characterem; ergo quod hic dicitur suum  
vacua & non valere, intelligendum est, non impo-  
nere quod impressionem characteris, sed quod clausum  
executionem. In præsenti autem tantum di-  
sputamus de impressione characteris. Igitur ex  
conjugio carnali, ad quod à principio requiri-  
tur consensus contrahentium, non efficaciter  
argumentamur ad conjugium spirituale, quod  
inchoari posse videtur absque consensu uniu-  
ersitate partis, complendum potest, quando ordi-  
natus in infancia, poterit de seipso delibera-  
& amplecti liberè curam Ecclesie, ad quam  
ordinatus fuit.

Unde in tali Ordinatione non recipi-  
tentis in corpus mysticum, & cura pastoralis  
perfectè & completere, sed solum inchoate;  
simili terè modo quo in Ordinatione Sacerdotis  
accipitur iurisdictio in habitu, ut vocem  
seu inchoative, si sic placet loqui, possumus  
complenda & perficienda per eis formam  
concessionem. Et hactenus quidem de ea  
requirita ex jure divino. Pauca subiecta &  
estate, requisita ex jure Ecclesiastico.

## CONCLVSION IV.

Iure novo Conc. Trident. ad Sub-  
diaconatum requiritur annos  
22. ad Diaconatum 23. ad Pres-  
byteratum 25. Sufficiunt illa-  
ni inchoati.

5  
O Rdnibus sacris, de quibus Iuris  
Conclusio, præmitto Tonfuram. Iuris  
nores Ordines; de quibus sic ait Doc. Reg. 4.  
diss. 25. q. 2. a. 1. q. 2. *Sin eccliasat. ad  
spes profectis, ad minores Ordines possum ante annos  
discretions (id est, ante usum rationis) præsumi  
sive peccato.*

Modò tamen (inquit Averla q. 3. scilicet q.  
Tertia) statuendum est, ubi obligatione pre-  
cepti cadere, ut non intitentur pugni ante ple-  
num usum rationis. Sic in Pontificis subtili-  
tute de Ordinibus conferendis praescribitur  
non ante leptennium conferatur prima Ton-  
fura. Et in Concilio Trident. sess. 23. de  
Refor. c. 4. caverit, ut non intitentur pugni  
Tonfuræ, qui fidei rudimenta docendi non for-  
tint, & legere ac scribente nesciant. In pugni  
& usu antiquo idem supponeretur & servolu-  
tur. Hæc ille.

Sed ego ly Non ante leptennium, minime re-  
perio in Pontificali à Clement. 8. refutor,  
sed sequentia verba, ex Trident. defunctorum  
loco jam citato: *Prima Tonfuræ non intitentur,* q.  
Tona  
minor  
Ordin